



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XXIX. In Templo Honos Habendus ob Angelorum præsentiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

quæ inuocatum est nomen vt polluerent eum. Duo opprobrat illis Deus 1. quia ipso aspectante scelera conficiuerint. 2. q̄ & in ipso id fecerint templo. Hinc & Dauid impudentiam suam: q̄ eius aspectum non erubuerit, Deo confiteretur Ps. 50. v. 6. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* Sanè Rex Assuerus conspicatus Amanum Hestheræ supplicem, & suspicatus flagitium; indignissimè tulit c. 7. v. 8. Hoc sci. Regem pessimè habuit, quod ante oculos ipsius, & in proprio domicilio ac palatio nefarium scelus videretur machinari Aman.

Maiores Principes Quam ergo irascatur & succenseat illis ipsis Christus Dominus, qui in Eucharistia, vt in regia sua præsens, & auditu, & aspectu, & mente percipit, non aliter contemnere ram se versari homines, quam in conspectu statuæ nihil sentientis, nihil audientis, nihil cernentis, nihil in absentia quæ telligentis? quæ irreuerentia grauissimum sc̄pè peccatum esse potest, & acerbissimè vindicandum.

CAPVT XXIX.

IN TEMPLIO HONOS HABENDUS
ob Angelorum præsentiam.

Vbi Christus, ibi & Angeli.

Adest & in templo frequens S. Angelorum multitudo, qui tanquam Spiritales Aquilæ ad Christi Domini corpus congregantur Matt. 24. v. 28. & Ioan. 1. v. 5. *Amen dico vobis, videbitis cælum apertum & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.* Hinc in Conceptione Luc. 1. in Natiu. Luc. 2. in Tentatione Matt. 4. in Resurrectione Matt. 28. Luc. 24. In Ascensione Act. 1. in iudicio Mat. 25. illum, vt stipatores, milites, nobiles, principes, suum circumuallant regem, eumq̄; perpetuis extollunt laudibus: Nec solum p̄s̄to sunt, vt Christum tanquam principes suum stipent & honorent Regem, sed etiam vt notent templam frequentantes, eorum preces Deo cõmendent, vna

vnâ cum ipsis precentur, ac communem Dominum dilaudent, quæ omnia licet superius demonstrata sint, tamen quia jucunda, mirabilia sunt & pietatis excitamenta, plura proferamus testimonia.

§. Hoc primò vt ostenderet Moyses, Exod. 37. v. 7. in oraculo fecit duos Cherubinos aureos: quia vt spiritale aurum, Angeli fulgent splendore scientiæ & caritatis. Similiter Salomon in templo suo fecit duos Cherubinos ex lignis oliuarum, eosq; purissimo circumuestiuit auro 3. Reg. 6. v. 23. & 28. Quod & imitatus fuit Constantinus Magnus, qui quatuor Angelorum argenteas imagines in templo constituit, & auctor est Damasus in Pontificali in Syluestro II. Confiteatur & illud S. Dauid Psal. 137. *In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo.* Id est, coram Angelis in templo tuo presentibus Psalmos decantabo. 3. Agnouit & Isaias cum ait, c. 6. v. 1. 2. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum & ea qua sub ipso erant replebant templum. Seraphini stabant supra illud, &c.* Vidit Dominum supra templum cum Seraphinor. multitudine ipsum laudantium in sublimi solio residentem, vt habitum regnantis ostenderet, inquit, ib. Hier. & addit: *Et ea qua sub ipso erant, implebant templum, siue vt Theodotio & Symmachus transtulerunt, Et ea, qua sub pedibus eius erant implebant templum: p quo LXX. interpretati sunt. Et plena domus gloria eius.* 4. Luc. 1. v. 11. 19. *Apparuit illi (Zachariæ incensum offerenti) Angelus Domini (Gabriel) stans à dextris altaris incensi.* Vbi S. Ambr. Non immerito videtur, ait, *Angelus in templo, quia veri Sacerdotis iam nunciabatur aduentus, & caeleste sacrificiū parabatur, in quo Angeli ministrarent Atq; vtinam vobis quoq; adolentibus altaria, Sacrificium deferentibus assistat Angelus, imo prebeat se videndum. Non enim dubies assistere Angelum, quando Christus assistit, Christus immolatur.*

Angelorum in templis formatae imagines, vt sic eorum ibi presentia declaretur.

Angelos in templo presentes agnoscit Dauid. Isaias supra templum conspexit Angelos.

Angelos in templis versari S. Patrum auctoritas. Angeli in Missa sacrificio ministrant.

§. S. Max.

Angeli ob-
servant no-
tantq, tem-
pli intran-
tes eorumq,
preces Deo
repreſen-
tant.

Angeli in
Christi pio-
rumq, Chri-
stianorum
templis co-
morantur.

§. S. Max. de Eccl. mystagogia c. 25. exhortatur fideles, assidui in sancta sint Ecclesia Dei propter Angelos, qui in ea permanent, & eos qui ingrediuntur, semper describunt, & Deo amplius intrant, & pro eis orationes faciunt, maxime autem tempore s. Synaxis. Idem prorsus iisdem bene verbis tradit Elias Cretenſis ad orat. 1. S. Greg. Nazianz. S. Chryf. ser. de Ascens. Domini. Non enim in hoc teatro, inquit, Martyres tantum presunt, sed Angelorum presensia locus decoratur: nam & angeli presunt. Peruetus etiam Ecclesie Magister Orig. ho. 23. in Lucam. Quia presentes sunt, ait, Angeli in Ecclesia, in illa duntaxat, quae meretur, & Christi est, propterea orantibus sceminiſ precipitur, ut habeant velamen super caput propter Angelos 1. Cor. 11. v. 10. S. Bern. ferm. 4. in dedicat. temp. Ibi Sanctorum spirituum, ait, indefessa noscitur custodia vigilare, sed quis Angelicas sese vidisse excubias gloriatur? Qui videt & mittit, & ait, Ita. 62. v. 6. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.

§. Quantam vero nobis religionem afferre debet at S. Angelorum presensia, paulo ante explanavit B. Ioa. Chryf. Sed S. Bernar. rursus audiamus. Is ferm. 1. in festiu. S. Michaelis, quum dixisset Angelos esse ministros nostros Pf. 90. v. 11. Hebr. 1. ver. 14. qui offerant Deo bona opera nostra, sudores nostros, & lachrymas Apoc. 8. v. 3. Tob. 12. v. 12. & vicissim Dei gratiam & munera referat nobis, adjungit: Et hac dixerim fratres, ut amplioſ rem de cetero erga B. Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra, eorum inuocetis auxilia; Sed & dignius in eorum presensia conuersari & magis ac magis earum verbis conciliare gratiam, captare beneuolentiam, exorare clementiam studeatis. Et rursus: Pen-

Angeli Iu-
deorum sce
terib. offen-
seorum te-
plum dere-
linquant.

sate quanta nobis sollicitudine opus est, dilectissimi, ut dignos deorum sce nos exhibeamus eorum frequentia, & eo modo conuersumur in terib. offen- conspectu Angelorum, ne forte Sanctos offendamus obtutus. §. S. Angelos in templis diuersari docetur exemplum dere- plo Angelorum e Iudaico templo emigrantium. S. Hier.

Hier. epist. 17. c. 3. & in c. 52. Isa. & 11. Ezech. ex Ioseph. l. 7. de bello Iudaic. cap. 12. ait, quod apertis repente ianuis templi, & sponte reueratis, quas multi homines claudere vix poterant, ex adytis templi audita voces Angelorum & celestium virtutum, quæ ibi prius in presidio erant: Transmigramus ex his sedibus. Quod contigit paulo ante templi euersionem. Iam vero si in Iudaico siue Tabernaculo, siue templo commorati sunt sancti Angeli, quanto magis in Christianorum Ecclesiis, quæ omnibus modis sanctiores sunt, sedem domiciliumque suum fixerunt? 1. Cor. 11. v. 10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos. hoc est velamen, capitis operimentum, quod est insigne subiectionis mulieris erga virum, & potestatis viri supra mulierem: Ergo tegendum & operiendum mulieri caput propter Angelos: Quos illos? An damnatos? sic aliqui inficienter putauerunt, quasi in illorum concupiscentiam exardescerent, aut parati ad seductionem, eas vt infirmiora vascula petulantius perrentarent. Rectius alij Sacerdotes intelligunt, qui per translationem in Scriptura Angeli appellantur. Optime qui de beatis spiritibus in templo degentibus accipiunt, vt Sanctus Hieron. & Chrysof. Orig. Bernard. de vita solitaria.

Femine in templis tecta ob sanctorum angelorum reuerentiam.

C A P. XXX.

ANGELI ALTARIVM

custodes.

Quid quod beati illi spiritus non modo templum incolant, sed singulas etiam aras custodiant? Sic enim legimus in Prato spiritali c. 4. Narravit nobis Abbas Leontius canobii S. Patris nostri Theodosii Dux dicens: Quodam die Dominico descendi in Ecclesiam, vt acciperem S. mysteria. Ingressusq; vidi Angelum stantem ad dextrum altaris cornu, & magno pauore correptus, reuersus sum in cellulam meam.